



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXXXI. Papst Clemens IV. schlägt dem Könige von Sicilien eine Tochter
des neulich verstorbenen Markgrafen von Brandenburg zur Gemahlin vor,
am 17. Dezember 1267.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

nec non illustres nostri Avunculi postmodum invocati, Dominus Otto, Marchio Brandenburgensis, et Dominus Albertus, Dux de Brunswich, quod quaecunque bona fuerint sic evicta, recompensare debemus et tenemur in bonis per villas alias aequae bonas. Datum Magdeburgi, anno Domini M. CC. LXVII., kal. Maii. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorum sigilla nostra appendi fecimus huic scripto.

Nach Olearii Magdeburgischem Copialbuche Vol. II. Mspt. — Abdrücke in Dreihaupt Beschr. des Saalkreises I, S. 42, in Lenzii Beemann. enucl. 225 und in Boyssens Allg. hist. Magazin III, 30.

CXXVI. Papst Clemens IV. schlägt dem Könige von Sicilien eine Tochter des neulich verstorbenen Markgrafen von Brandenburg zur Gemahlin vor, am 17. Dezember 1267.

Clement etc. Carissimo in cristo filio Regi Sicilie illustri. — Venerabilem fratrem nostrum J. Tirensem archiepiscopum et dilectos filios fratrem E. de toneux ordinis predicatorum et minorum et C. Languiselli archidiaconum Lantaresii in Ecclesia Tholosana pacienter audiuimus super omnibus, que nobis singuli super hiis, que eidem inimica fuerant, ex parte tua proponere uoluerunt, ad que sic tibi duximus respondendum. Scimus satis eo modo, quo talia fieri possunt, expedire tibi et tuo statui, quam cito poteris et se congruent facultas obtulerit, ad secundas nuptias conuolare, et sicut alias tibi scripsimus non uidemus matrimonium conueniens, nisi cum filia carissimi in cristo filii nostri Regis Aragonum illustris, aut filia Marchionis Brandenburgensis, quem nuper audiuimus decessisse, de qua tamen, cuius etatis sit aut stature, multoque minus cuius educationis extiterit, ignoramus. Et finaliter, si alie consonant circumstantie, melius et utilius fedus huiusmodi nuptiale cum predicta Regis aragonum filia iudicamus, ad quod tractandum Nuncius unus non sufficit, quem multi possunt casus fortuiti impedire, ideo uidetur nobis congruum, quod duo mittantur, quorum unus sit frater E. predictus, et dabimus ei socium, quem uolueris, et libenter tibi iuxta desiderium tuum offerimus Alatum, Nepotem nostrum, set multum est debilis, quem quartana sua magis crudeliter quam fideliter comitatur. Sperat tamen, quod infra Epiphaniam Domini, si contrarium aliquid non emerferit, ualeat proficisci etc. Datum Viterbii, XVI. Kalendas Januarii, anno Tertio.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Geb. Archive Epist. Clement. IV, Nr. 437. Anni III. T. IV.

CXXVII. Burchard, Burggraf von Magdeburg, überträgt alle seine eigenthümlichen Besitzungen, sowie seine Lehngüter, den Markgrafen von Brandenburg, Johann, Otto und Konrad, und empfängt sie von denselben wieder zu Lehn, am 29. Dezember 1267.

Burchardus, dei gratia Burgravius Magdeburgensis senior, Omnibus has literas visuris salutem. Vt quod rite agitur, iuste ad posteros referatur, Uniuersis Cristi fide-